

exposuit <sup>2)</sup>, virtutibus avitis illustrat atque famam et memoriam patris in posteritatem propagat ita ut mihi haec cogitanti in mentem venit pulcrum *Horatii* carmen:

*Non omnis moriar multaue pars mei  
Vivabit Libitinam: usque ego postera  
Crescam laude recens, dum capitolium  
Scandet cum tacita virgine pontifex.*

Primus scilicet horum Antecessorum nostrorum, quorum piam memoriam apud nos renovare studui, virtutes illorum imitando easque posteritati ad exemplum proponendo, insignem, et gravem testamentorum doctrinam florum e iure patrio noviori nimirum Slesvico-Holsatico lectorum sparsione ornavit <sup>3)</sup>; et alter scilicet *Hartmannus* ille universum ius patrium

---

2) de felicitate subiectorum electoralium Brunsvicensium ac Lunenburgensium praeside *Joanne Zacharia Hartmanno* differt, Ludovicus S. R. I. Liber Baro *Schenck de Winterstaedt*, *Kiliae* a. d. 21. Jul. 1736.

3) *Francisci Ernesti Vogt*, et respondentis *Friederici Christiani Prangen* dissertatio solemnis: *de testamentis secundum iura Slesvico-Holsatica* habita. *Kiliae* a. d. 17. Jul. 1721.